

esse Deum. Ita autem legunt: *quorum* (Judæorum) *sunt Patres, ex quibus est Christus secundum carnem. Existens Deus benedictus in secula.* Ita interveniente puncto separant Deum scilicet Patrem à Christo.

Sed constans omnium codicum lectio repugnat, & testis est *Erasmus* (quem tamen falsò allegant *Photiniani*, ut de Ecclesià Christianà meritisimus Theologus Dn. Doct. Jac. Wellerus annotat. in *Epist. ad Rom. pag. 537.*) quod hæc pars versiculi quinti ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς ad Patrem nullo modo hîc referri queat. Sicut & *Syrus Hermeneuta* expressiùs ad Christum refert geminato relativo: *Ex quibus Christus apparuit in carne, qui est Deus super omnes, cui sint laudes & benedictiones in secula seculorum!*

Inviçtum igitur Argumentum hîc habemus contra *Photinianos* pro Christi divinitate:

*Qui est Deus super omnia benedictus, ille est verus, summus & unus ille Deus.*

*Sed Christus est Deus super omnia benedictus. Ergo. Major vera est, & pro-*